L. Coelii Firmiani Lactantii diuinarum institutionum aduersus gentiles libri feliciter incipiunt. Et primo incipit liber primus de falsa religione ad Constantinum Imperatorem

MAgno et excellenti
ingenio uiri quom
se doctrine penitus de
dissent quicquid labo
ris poterant impendi. Contemptis
omnibus et priuatis et publicis actionibus ad inquirende
ueritatis studium se contulerunt. existimantes multo esse precla
rius humanarum diuinarumque rerum inuestigare ac scire rationem:
quam struendis opibus aut accumulandis honoribus inherere. quibus
rebus quoniam fragiles terreneque sunt et ad solius corporis perti
nent cultum: nemo melior nemo iustior esse potest. Errant qui
dam illi ueritatis cognitione dignissimi: quam scire tantopere
cupiuerunt. atque ita ut rebus omnibus anteponeret. Nam et ab
iecisse quosdam res familiares suas et renuntiasse cunctis ac u
niuersis uoluptatibus constat. ut solam nudamque uirtutem nudi
expeditique sequerentur. Tantum apud eos uirtutis nomen et
auctoritatis conualuit: ut in ipsa esse summum boni premium predica
rent. sed neque adepti sunt id quod uolebant: et operam simul
atque industriam perdiderunt. Quia ueritas et archanum summi
dei qui fecit omnia ingenio ac propriis sensibus non potest comprehendi.
Alioquin nichil inter deum et hominem distaret. Si consilia et
dispositiones huius maiestatis eterne cogitatio assequeretur
humana. Quodque fieri non potuit ut homini per seipsum ratio diuina
notesceret: non est passus hominem lumen sapientie requirentem:
diutius errare. Ac sine ullo laboris effectu uagare per tenebras
inextricabiles. Aperuit oculos eius aliquando et notionem ueritatis



Quamquam libro primo religiones
deorum falsas esse monstraverimus quod hi quorum vari
os dissilesque cultus per universam terram consensus hominum
stulta persuasione suscepit mortales fuerint cunctique
vita divine necessitati morte concesserint tamen ne
qua dubitatio relinquatur Is secundus liber fontem ipsum patefaciet
errorum causas omnium explicabit quibus decepti homines & primitus
deos crediderint esse & postmodum persuasione inveterata in perceptis
pravissime religionibus perseveraverint. Gestio enim cunctis
& hominum impia vanitate detecta singularis dei asserere maiestatem
suscipiens utilius & necessarius officium revocandi homines a pravis itineri
bus & in gratiam secum ipsos reducendi Ne se ut quidam philosophi faciunt
tantopere despiciant neve se infirmos & supervacuos et nichil & frus
tra omnino sanos putant Que opinio plerosque ad vicia compellit Nam cum
existimant nulli esse deo nos cure aut post mortem nichil futuros
totos se libidinibus adiciunt & dum licere sibi putant hauriendis
voluptatibus sitienter incubuint per quas imprudentes in laqueos
mortis incurrunt Ignorant enim que sit hominis ratio quam si tenere vel
let in primis deum suum agnosceret virtutem iusticiamque sequeretur terrenis
figmentis animas suas non substerneret mortiferas libidinum volupta
tes non appeteret Denique se ipsos magni extimaret atque intelligeret plus
esse in homine quam videtur cuius vim condicionemque non aliter posse retinere
nisi cultum veri parentis sui deposita pravitate suscipent Et quidem
sicut oportet de summa rerum sepe mecum cogitans admirari soleo ma
iestatem dei singularis que continet regitque omnia in tantam venisse
oblivionem ut que sola debeat coli sola potissimum negligatur homi
nes autem ipsos ad tantam cecitatem esse deductos ut vero ac vivo deo
mortuos preferant terrenos autem sepultosque in terra ei qui fundator
ipsius terre fuit et tamen huic impietati hominum posset venia concedi Si omnino
ab ignorantia divini nominis veniret hic error Cum vero ipsos deorum cultores
sepe videmus deum summum et confiteri & predicare quam sibi veniam
sperare possunt impietatis sue qui non agnoscunt cultum eius quem
prorsus ignorari ab homine phas non est Nam & cum iurant et quom optat

Lactancij firmiani liber tercij. capla finiunt—
Lucij Coelij lactancij firmiani aduersus gentiles liber tercius de fl̄a
sapiencia incipit feliciter.



Ellem mihi quoniam ueritas—
in obscuro ad huc latere existimat̄ uel errore at
qr ipericia uulgi varijs et ineptis supsticioibus
seruientis uel phis prauitate ingenior turbā
tibus eos potius q̄ illustrantibus Et si nō qual'
in M. Tulio fuit qr precipua et admirabilis fuit aliq̄ taz p̄xiaz
eloquētie contingere facultatē ut q̄tum veritas in sua ppā valet
tantum īgeny quoq; uiribus in ea exerceret se alīn Et discussis cō
uictisq; tam publicas q̄ eor qui sapietes putat̄ erroribus huano

praua de suo sentiunt deo Aiunt enim quidam nec gratificari eum cuiquam nec irasci sed securum et quietum immortalitatis sue gradu bonis perfrui Alij uero iram tollunt gratiam relinquunt deo Naturam enim summa deo prestantem virtute ut non maleficam esse debere ita et omnis philosophi de ira consentiunt de gratia discrepant Sed ut ad propositam materiam per ordinem descendat oratio huiusmodi nobis exequenda partitio est enim diuersa et repugnantia sunt ira et gratia Aut ira tribuenda est deo et gratia detrahenda aut utrumque pariter detrahendum aut ira demenda est et gratia tribuenda aut neutrum detrahendum Aliud amplius preter hoc nichil potest capere natura ut necesse sit in uno istorum aliquo uerum quod queritur inueniri Consideremus singula ut nos ad latebras ueritatis et ratio & ordo deducat - Sequitur capitulum 2m

PRimum autem illud de deo nemo dixit umquam irasci eum tantum et gratia non commoueri Est enim disconueniens deo ut huiusmodi potestate sit preditus qua noceat et obsit prodesse non ac benefacere nequeat Que igitur ratio? Que spes salutis hominibus proposita est si malorum tantummodo actor est deus? Quod si sic iam maiestas illa uenerabilis non ad iudicis potestatem cui licet seruare ac liberare sed ad tortoris et carnificis officium deducetur Cur autem uideamus non modo esse mala in rebus humanis sed etiam bona utraque si de
alterum us non est auctorem esse necesse est qui contraria deo faciat et det nobis bona Si est quo nomine appellandus est? Cur nobis qui male facit notior est quam ille qui nobis bene? Si autem nichil potest esse preter deum Absurdum est et uanum putare diuinam potestatem qua nichil est maius uel melius nocere posse At ideo nemo existit qui auderet id dicere quia nec rationem habet nec ullo modo potest credi Quod quia queritur transeamus et ueritatem alibi requiramus Capitulum 3m

Quod sequitur de scola Epicuri sicut iram in deo non esse ita nec gratiam quidem est Nam cum putaret epycurus alienum esse a deo malefacere quod ex affectu iracundie plerumque nascitur Ademit ei etiam beneficentiam quoniam uidebat consequens esse ut si habeat iram deus habet et gratiam Itaque ne illi uitium

libentius defecerunt Nam si M. T. eloquentie ipius unicum exemplar
ab indoctis et ab ineloquentibus Quia tamen pro uero nitebantur sepe supera
tus est cur desperemus ueritatem ipsam contra fallacem captiosamque fa
cundiam sua propria ui et claritate valituram. Illi quidem se patro
nos ueritatis profiteri solent Sed quis potest eam rem defendere quam
non didicit aut illustrare apud alios quam ipse non nouit Magnum
uideor polliceri Sed celesti opus est munere ut nobis facultas ac
tempus ad proposita prosequenda tribuatur Quod si uita est optanda
sapienti profecto nullam aliam ob causam uiuere optauerim quam ut
aliquid efficiam quod uita dignum sit et quod utilitatem legentibus
et si non ad eloquentiam quia tenuis in nobis riuus eloquentie
est ad uiuendum tamen afferat quod est maxime necessarium quo pro
fecto satis uixisse arbitror et officium hominis implesse. Si labor meus
aliquos homines ab erroribus liberatos ad iter celeste direxerit

Deo gratias Amen.

Firmiani lactancij de opificio dei uel de formatione hominis ad deme
trianum liber feliciter explicit.